vt fuit in pilato et delictum qd supra probaui nō cōsiderat. an res esset eodē modo peritura siue ne qd patz in illo qui hominē ad mortem omīo vulneratum interfecerit tenet nāq3 de homicidio vt est tex.in.l.ita vulneratus inprin.ff. ad legem aquiliam/facit quod dicit bal. post alios in.l.aditos. ante.fi.C.de epali audiencia q si aliquis occiderit illū qui ducebat ad mortem debet puniri pena mortis.etiā si officiales extra locū et ordinem datū istud fecissent idemvoluit romanus in suis singlaribus in penul.carta singlari incipiēte Baldus zc.per tex.in.l.fi.C.de maleficis et mathematicis adde quodvoluit bal.in.l.fidei cōmissa.§.si quis de lega.iii quod voluit bar.in.l.iii.§.fi.ff.ad legem.cor.de sica. et pro illa.l.fi.facit quod dicit bar.in.l.i.§.accusationem ad fi.idu abus questionibus.ff.ad turpilianum q imponere penam et cognoscere pertinet ad iudicem etiam in notoriisculpis vbi alex. de imola i apostillis allegat multa concordantia facit quod dicam infra in proxima carta contra pilatum cōmictē do xpm sententia mortem per iudeos ¶ supradictis adde. Naz qui fuit in delicto alicuius rei et illa res perierit etiam sine facto delinquentis tenetur de interitu rei vt est in fure z pre done per tex.in.l.e.penultima in.fi.ff.de vi.et vi.armata.ibi subtractis tamen mortalitate serui s aut pecoribus aliis ve rebus intercidentibus/tuum tamen onus in eis restituendis esse quia ex ipso delicti tempore plusq̄ frustrator constitutus est et latius hoc concludit glosa in dicta lege. Item si liberatum in.§.fina.in glosa magna et in lege q te .ff. si certum petatur ad idem est textus in lege prima. C. quod met causa dicit ibi textus. persequutionem eorum quevi vel furto ablata sunt etiam si postea interciderint integra esse iura responsum est. ¶ Istis facit quod dicit textus in le. cum res in fi.ff.de legatis primo. q multa potuissent accidere ne res perisset ¶ Nec etiā obstat quod dicebatur de mortevenī ente ex iudicio dei quia dicta iura loquuntur. q̄tum ad hoc ne debeamus mortē plorare cum sit res naturalis et per eaz vt ita dixerim soluimus debitum iam natiuitate contractuz non tamen loquunt dicta iura q mors per aliquezviolenter illatam non sit per iudices vindicandam vt delicta minuant videm namq3 q quelibet mors etiam violenta dei iudicio accidere dicit vt est glo.insti.de capitis diminutione in princi. et eam sequit bal.in ti.de pace constancie in.iii.carta colūp.

Imponere penā zcognoscere etiā in notoriis culpis ptinet ad iudicem

Etiā mors violenta euenit dei iudicio

iiii.ibi diuina vocatione et tamē non male faciunt ꝓpter hoc iudices homicidiū punire imo deo dicunt placere vt lati⁹ di xi supra ꝙ tex.in.c.si quos.xxiii.q.iiii.cū multis sīib⁹ ¶ Itē nec obstat si ifauorē pilati dicatur ꝙ ipe quitquid fecit/ fecit quia ppl'us clamabat et quasi ꝓvim xpi mortem postulabat cui pilat⁹ non potuit resistere imo accepta aqua vt ꝑ euāgelia ꝯstat lauit man⁹ quod satis est ad eū excusandū cuȝ ita se excusauerit apl'⁹ vt habetur in.c.ephesiis.xlii. di. dicit tex. epsiesiis paulus dicit mūde sūa manus mee a sanguine omniū vestrum non eni subterfugi quomin⁹ dei omē ꝯsiliū vobis anūciarē ꝛc. modo cū pilat⁹ ita fecerit non enim cessauit iudeis dicere xp̄m non debere mori ac in hoc man⁹ suas mūdauit ergo sanguis xp̄i effusio non deberet sibi quoq̄mō imputari. ¶ Ad ista respōdeo ꝙ he excusatiōes nō iuuant pilatum. Primū enim dictuȝ ꝙ populus instabat non est alicui⁹ effectus cum popul⁹ sit docendus⁊ non sequendus imo pl⁹ ꝙ si pilatus admonitionibus populū non poterat corrigere ne xp̄i mortem calumpniose quereret debebat secundum suam potestatem castigare vnde tex.in.c:docendus.lxii. disti. pulcre dicit docendus est et non sequendus populus Nos quoqȝ si nesciunt eos quid liceat quid ve non monere et nō consensum prebere debemus ꝛc.postmodum subiungit tex. que enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus necesse est vt per seueritatem cōgruentem regulis vindicem⁹ Alibi valde apte dicit tex.in.c.miramur.lxi.di.miramur tantum apud vos propter occasionem temporis impacati aut ambiencium presumptionem aut tumultū popularē valuisse vt indignis quibuslibet et longe extra sacerdotale meritum ꝯstitut⁊ pastoral' fastigium et eccl'e gubernatio crederetur.non eni est hoc consulere pplo sed nocere nec pstare regimē sed augere discrimē subiungendo integras autē ꝑsideñū/salus subditoꝝ esse dicit ¶ modo sic ad ꝓpositū nr̄m q̄to magis deberet esse miratione dignum si popularē tumultum operat⁹ vt iudex indigne ad mortem aliquem ꝯdempnaret aut ꝯdempnari pateretur pro hoc facit quod probat tex in.l.decurionū.C.de penis vbi clare cōstat circa voces populi sapientis esse simulare surditatem per hec verba. Decurionū filii non debent bestiis subici cumqȝ populo exclamatum est. Iterum dixerunt suple imperatores vane voces populi non sunt audiende nec enim vocib⁹ eorū credi oppor

Cōtra sequētes populuȝ.

tet quonia aut noxitiu crimine absolui aut innocentem 3dē pnari desideraverit et ibi glo.nō illum tex.in terminis contra pilatum/ adde tex.in.l.si priuatus ibi exclamatione ppli zc.ff.qui et aquibus manumissi liberi non fiunt et in.l.si cōstat.ff.de appellationibus solet autem sepe populus clamoribus aut gratia precio ve excitatus moueri ita dicit tex.in c.si ergo in prin.viii.q.pma imo plus q iudex nōmodo clamoribus populi aliquem mortali sententia non debet dempnare sed nec etiam liberare si insignis quoqz persona fuerit que possit populo se exhibere necessariam/sed rescribere dz ad principē:ita notanter dicit tex.i.le.ad bestias.ff.de penis ¶ Quid p⁹ fecit ille pilatus q non solum sequendo clamores populi vt facere debebat haud xpm innocentem excusauit imo contra omnia iura iudeis ad penam tradidit et sic priuatl personis vt ad eorum arbitrium xpm punirent et tamen non debet pena in ferri nisi a iudice in.§.in hoc. xxxiii q.secūda et voluit glo.in.c.porro de diuorciis facit tex.in.l nulli.C.de iudiciis et panoz.in.cap.cum sit generale in fria columpna de foro competen.vbi etiam dicit q requirit cause congnitio per tex.in.cap.nemo secūda.q.pma de vtroqz bonus tex.in.cap:pmo de senten.excōmunicationis.li.vi. a liquid tetigi supra in proxima carta. ¶ Nec debebat ipse pilatus a accusatoribus officium iudicandi dare/dum dixit accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate euz.fecit enim contra ius vt patet per tex.in.c.multi circa prin.ii. q:i.et contra titulum codicisvt nemo ius sibi dicat imo forciusq aduocato nō lz iudicare in causa in qua fuit aduocatus.l.fi.in.fi.C.de officio accessoris et habetur.i.l.quisquis C.de postulando et voluit glo.in.l.pretor et ibi docto.ff. de iurisditione omniū iudicum. ¶ Istis facit quod dixit bar. p multa iura in sua questione incipiente . iudex maleficiorum circa principium vbi dicit q hoc repugnaret aliquē esse iudicem et partem. ¶ Nec valeret excusando pilatum dicere q causam ipsis iudeis delegauit et sic pena fuit a iudice imposita saltem delegato/quia ad hoc respondeo q cum causa xpi erat devita hominis et sic meri imperii.ff.de iurisditione omnium iudicum .l.imperium. non potuit de iure ciuili istud facere .l. prima .in prin.ff.de officio eius cui ma.est iuri. ¶ Preterea et si fuisset simplicis iurisditionis adhuc non debebat pilatus eam suspectis delagare vt erant iudei. cum

f.iii.

Pena nō debz iferri nisi a iudice
In pena iponenda reqrit cause cogitio

Aduocato nō licz iudicare i causa i qua fuit aduocatus

cordi nobis est lites sine suspetione procedere.le. apertissi-
mi.C.de iudicus facit tex.i ratione sui in.cap.ꝗ suspecti.iii
q.v.ibi nam quid grauius et amabilius inimico dare quis
potest ꝙ si ei ad puniendum commiserit quem ledere forte
voluerit.¶ Istis adde textus in capitulo cum inter de exe-
ptionibus.ibi cum sit periculosum coram suspecto iudice li
tigare nec suspectis iudicibus cām sedes apostolica de cer
ta scientia cōmictit et ibi glosa notanter probat ꝗ.sententia

Sciētis lata a suspectis re tractabitur

lata a suspectis cognita suspitione etiam postea retractabit
quam glosa cum suis concor.refert et sequitur panormi.in
capitulo si quis contra in fine quinte columpne de foro cō-
petenti.Et hec sufficient ꝗtum ad illud de clamore ppl'i.
¶ Nec etiā valet illud quod dicebatur populuz pilato fecis
se metum cum hoc non sit verum nec; verisimile vt homini
in dignitate constituto et precipue tanto magistratui vt pila
tus erat et pro tanta re publica vt fuit romana et in tanta vr
be vt erat hierusalem fuisset illatus metus argumento tex-
tus in lege non est verisimile .ff.quod metus causa.vnde ꝓ-
pter hoc alias dicimus grauius esse delictum in ciuitate ꝑ-

Grauiꝰ ē deli ctū i vrbe ꝙ rure ꝯmissuz

petratum ꝙ rure commissum quasi in ciuitate sit contra ma
iorem presumptionem iuris et ex grauiori contemptu ita vo
luit bal.per textum et ibi glosa in lege cum ancillis .C.de i
cestis nuptiis.¶ Nec quoqꝫ lauare manus priuat pilatum/
grauissima culpa in qua fuit circa mortem christi licet enim
hoc paulum excusauerit . istud fuit quia fecit quod in se e-
rat vt ip semet ibidem actestatur.non enim paulus poterat a
liud facere ꝙ verbum dei enunciare prout fecit.sed pilatus
non fecit quod debuit.Nam cum erat magistratus debebat
non solum se a malo abstinere. sed etiam ne mala fierent to
tis viribus prohibere vt probat textus in dicto capitulo do
cendus et in capitulo non satis.lxxxvi.distin.dicit non satis
est bene velle nisi studeat etiam bene facere et glosa in.§.iu
ris precepta per illum textum insti.de iusticia et iure dicitꝗ
non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est . con-
gruebat enim pilato tanꝙ bono et graui presidi vt paccata
quieta ve prouincia fuisset quam regebat quod non difficil
le obtinuisset si sollicite egisset vt malis hominibus prouin-
cia caruisset eosqꝫ conquisiuisset argumen.textus in lege cō
gruit.ff.de officio presidis.Nec enim solum pilatus debebat
prohibere sed etiam iudeos punire pro hoc textus i capitulo

exigit de censibus in vi.bellissime dicit. Exigit perversorū
audacia vt non simus sola delicti prohibitione contenti sed
etiam penam delinquentibus imponamus facit vltra predi-
cta notabilis textus in capitulo regum.xxiii.q.v. dum dicit
regum id est temporalium officialium officium est propriū
facere iudicium atq̄ iusticiam et de manu calumpniantium
vi oppressos liberare peregrinis ve pupillis ac viduis qui
facilius opprimuntur a potentibus prebere auxilium ⁊ ceteta
subiungit nolite contristari vt non solum eripiatis sed ne pa
tiamini quidem vt vestra conniuentia eueniat eos ab aliis ꝯ
tristari facit textus in capitulo si.xxiii.q.tertia. Et sic patet
q̄ pilatus debebat xp̄m dominū nostrum a manibus iude-
orū calūpniantiū liberare nec pmittere et eū iudeis ad mor
em tradere. Et pro hac conclusione vltra p̄dicta facit. Naz
nōmodo iudici licet propulsare iniuriam faciendā alteri vt
erat illa que fiebat xp̄o sed etiā priuate persone et quod pl'
est etiam clerico licet vsq̄ ad homicidium inclusiue si aliter
mortem proximi non possit euitari. hec est communis sentē An licz p de
tia canonistarum in cap.ii.de vita et honestate clericorum p fēsiōe primi
tex. generaliter loquentez in.cap.dilecto de sententia excō- ꝯmittere ho-
munica.li.vi.ibi et quidem cum liceat vnicuiq̄ suo vicino vl' micidium
proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impartiri auxi
lium imo si potest et negligit videtur iniuriantem fouere ac
esse participez eiusdez culpe ad idem tex.in.ca.maximinian'
et in.c.qui potest.xxiii.q.tertia. ¶ Stat ergo ex supradictis
corroborata conclusio pilatum in causa xp̄i iniquius se ha-
buisse et non solum q̄tum ad deum sed etiam q̄tum ad gla
dium temporalem/ dignus erat omni grauissimo supplicio
puniri. ¶ Et hec omnia sunt notanda contra iudices nostri Cōtra malos
temporis qui sicut pilatus fecerit et semel illud ipsi cotidie iudices
faciunt qui magis propria voluntate odio vel amicice gra-
tia aut consanguinitatis affectione et vt deteriora taceam
pecuniarum cupiditate corrupti iusticiam vt ita dixerim cō
taminatam reddunt q̄ recte rationis libramine reuocati iu-
dicant vnde tex' in capitulo primo de re iudicata.li.vi. gra
uiter dixerit. Caueant iudices et prudenter actendant vt in
cāꝶ pcessib' nil vēdicet odiū vl' fauor vsurpet timor exultet p̄
miū vel p̄mii expectatio iusticiam ne euertat s3 stateraz ge-
stent in manib' et lances equo libramine appendāt subiūgit

et in omibus que in causis agenda sunt presertim in ꝫeipiē=
dis sentenciis et ferendis poculis habeant solū deū ꝛc. Nō
enim voluntate nostra debemus iudicare imo si hoc facimꝰ
nos īdignos tali potestate degimus pro hoc tex.in.c.ipe.xi:
q.iii. Ipse enim dicit tex.legandi et soluendi potestate se pri
uat/qui eam pro suis voluptatibus et non subditoꝛuꝫ moꝛi=
bus exercet/.et in.c.sequenti ibidē pulcre dicit Judicare di
gne de subditis nequeūt ī subditoꝛū causa sua vł odia vł gra
tia sequentes/et nō quod dicūt doc.in.c.cōsuluit de vsuris.

Si iudex spe
rat ī aliq̃ꝫ ob
ligatiōeꝫ lꝫ ā
tidoꝛalē ven=
dit iusticiam.

ꝙ iudex dicitur vendere iusticiā licet nichil habeat dum ta=
men sperat ꝑncipaliter sibi alium pro hoc fore obligatuꝫ de
quo est bonus tex.in.c.qui recte.xi.q.iii.sicut ī simili dicimꝰ
ꝙ tali modo date oꝛdīes vt false reprobanꝰ ꝑ tex.ī.c. oꝛdīes
ꝑma.q.i.vnde dicunt doc.in.c.tuam de etate et qualitate et
io.de anania in.c.consuluit et in.c.cum essemus ī.fi.de simo
nia/et angelus in.le.sed si lege.§.consuluit.ff. de peticione
hereditatis ꝙ licet possumus effundere preces vt quis ꝓmo

An possumꝰ
effūdere ꝑces
vt q̄s ꝓmoue
aꝰ ad oꝛdinē.

ueatur ad beneficium istud tamē non est verū quādo effūdi=
mus preces vt nos ab aliqua antidoꝛali liberemus obligati=
one/vel vt alios sic nobis obligeremꝰ. Et hec īcidēter dicta
sufficiant pro coꝛroboratione supradictorum. ¶ Redeo ad
malos iudices quibus trado tex.legendum in.c.omnis.xlv
di.ibi timeant quidem iudices aliquem iudicio impenso iu=
dicare sed oculis suis dei iusticiam ꝑponat/et tremens ꝛ ti=
mēs in omni negocio formidat ne de tramite iusticie deuiās
eadat/vñ non iustificeꝰ sed cōdempneꝰ ꝛc̄. Ita etiam iudex
tu debes iudicare magnū sicut paruū/nec apō te sit aceptio
ꝑsonaꝝ in.c.nouit de iudiciis. ¶ De pecuniis aūt nō loquoꝛ
cū iudices nr̄i tempis solū causas ex eis tractare volunt ea
rūqꝫ cupiditate longe magisq̃ꝫ ex aliis moueꝰ causis et ꝓ=
pter hoc.tex.in.c.pauper.xi.q.iii:ait pauper dū nō habꝫ qđ
offerat in iudicio nōmodo audiri ꝯtempniꝰ sed etiā ꝯtra ve=
ritatē oppꝛimiꝰ subiungit cū violatur auro iusticia nullā re=
us pertimescit culpā quā nūmis redimere existimat. ¶ Vi=
deas tu male iudex quid agis mali dū inique ꝓfers senten=

Etiā iustū iu
diciū vedere
non licet

tias propter pecunias cū etiam tibi iustuꝫ iudiciū vēdere nō
liceat vt est tex.in.c.non licet eadam causa et.q . et non imme
rito omni virtute oꝛnati ac moralitatis luminaria legum la=
tores in huiusmodi iudices maximis penis animaduerterūt
huic quoqꝫ cri repetundarū nomē īposuerunt vt patꝫ ī.l.i.et

penul.ad ff.ff.ad legem iuliā repetundarū. Item caueat iu
dex ne cū alios iudicat in seipm̄ pferat sententiā ꝛ ꝓpterea
iudicet ille qui ad ꝓnunciandū nullo odio nulla ve offensio
ne ac deniqꝫ nulla leuitate ducat̄. hec tex. in c. iudicet. iii. q.
vii. subiungendo bonus iudex nichil ex arbitrio suo facit ꝛ
ꝓposito domestice volūtatis sꝫ iuxta leges ꝛ iura enūciat
statutis iuris obtemperat non indulget ꝓprie volūtati nilqꝫ
ex domo paratū ac meditatū defert sꝫ sicut audit ita iudi-
cat sicut se habēt oīa decernit/obsequit̄. legibus non aduer
satur examinat cause merita et non mutat. discite iudices se
culi in iudicando cordi magis custodiaꝫ veritatis ꝙ volun
tatis obedientiā adhibere. vnde tex. in. c. multis añ ff. ii. q. i.
hoc confirmat dū ibi dicit noluit hoīem ab hoīe iudicari ex
arbitrio suspicionis vel etiā extraordinario vsurpato iudi-
cio: sꝫ ex lege dei scdm̄ ordinē eccl'ie. ¶ Debet eni iudex ꝯsi- Quid debet iudex i negociis ꝯsiderar̄
derare in omni negocio quid liceat scdm̄ equitatē quid de-
ceat scdm̄ honestatē ꝛ quid scdm̄ vtilitatē expediat. vt dicit
tex. in. c. magne. devoto. Et in fine omibus istis considera-
tis debet moderate iudex absoluere vel condēpnare/ nec in
reos excandescere crudeliter clamādo. debet etiā corde plo
rare in condēpnatione. vultu autē talem animi motum non
ostendere. vnde tex. in. l. obseruandū. ff. de officio presidis.
Apte facit in materia ibi. sꝫ in cognoscendo neqꝫ excandes-
cere aduersus eos quos malos putat neqꝫ ꝑcibus clamito-
sorum illacrimari oportet. Id eni non est constantis ꝛ recti
iudicis: cuius animi motum vultus detegit subiūgit postea
et sūmatim ita ius reddi oportet vt suo ex ingenio dignita-
tis artem augeat. Alibi tex. in. c. est iniusta. xxiiii. q. iii. di-
cit iudicē non debere mouere preces filioꝝ nec lacrime cō- Mala admīnistratio iusticie veit ex defectu fidei
iugis delinquētis ¶ et nota tu iudex q̄ male administras iu
sticiam ꝙ hoc tibi euenit ex defectu fidei. sana fides vbi nō ē
ibi non potest esse iusticia vbi etiā caritas deficit ibi iusti-
cia moritur. dilectio eni proximi malū vt est iniusticia non
operatur. hec dicit tex. in. c. vbi. xxiiii. q. i. vnde non iniuria
tex. in. l. si seculi. xii. q. ii. dicit summuꝫ bonum in rebus esse
iusticiam colere ac sua cuiqꝫ iura seruare et in subiectos nō
sinere quod potestatis est fieri sed quod equum custodire.
Alibi imperator apta fronte dicit vnam omnium perfectis- bonū iusticie
simam virtutem arbitrandam esse ab hominibus que iura
omnibus distribuit est hec ex causa cōnominata iusticia. et

enī vnamquāq; aliarum omniū virtutum. nisi huius lumē subsequatur ex eis que competunt fiet nichil. Itaq; nec fortitudinē in qua non est iusticia laudabimus. hec habentur ꝑ tex. in aucten. vt omnes obediant iudicibus puinciarum in prin. vnde fons ille romane loquentie cicero iusticiam humane societatis viteq; cōmunitatis conseruatricē laudauit

ꝫ iniusticiam

Et propter hoc inuenimus iniusticiā populos ad inopiam contulisse et ad nouissimā vtiq; penuriā venire fluctuarētur ita tex. in aucten. vt iudices sine quoq; suffragio in prin.

Cā q̄re hodie nō ē plena iusticia

¶ Causas autē quare hodie in mūdo suffocatur iusticia cyprianus in li. de xii. abusionibus enarrat videlicet sapiens sine operibus. senex sine religione. adolescens sine obediētia. diues sine elemosina. femina sine pudicitia / dn̄s sine virtute / xp̄ianus ꝯtempniosus / pauper superbus / rex iniquus / epūs negligens / plebs sine disciplina / populus sine lege. et hec refert glo. in. c. i. iii. ꝗ. quiavero de statu monachoꝝ ivl.

¶ Ego autē in vnum claudendo dico peccata nostra illa eē que reddunt exulem iusticiā. Non enī peccatoꝝ domus potest esse habitaculū iusticie. pro hoc tex. i. c. nō est. ii q. vii. dicit non est a plebe aut a vulgaribus hoibus arguendus vel accusandus ꝑlatus licet sit inordinat⁹. quia pro meritis sb

q̄re ꝑncipes aliqñ sūt iiq̄.

ditorum a deo disponitur vita rectorū. ꝛ in. c. andater. viii. q. i. ibi non semp princeps populo / vel iudex ecclesie per dei arbitriū datur sed put merita nostra deposcunt si mali sunt actus nostri operant maligna in conspectu dei nobis vtiq; dantur principes scđm coꝝ nostrū. alibi tex. vi. q. i. c. ex merito dicit ex merito plebis nōnūq̄ rectores deprauantur. qt̄is procliui⁹ cadant capite enī languescente cetera corpori s mēbra inficiant. quō enī vbi non sunt virtutes ibi possit regnare iusticia: cū vbi solūmodo deficit vna virtus deficiūt omnes. argumēto tex. i. c. consideret de peniten. di. v. ꝛ volu it glo. i. c. citius eo. ti. di. ii. i verbo amittere.

Vbi solū deficit vna virtus deficiūt oēs.

¶ Nec tñ ꝑpt hoc excusat mal⁹ iudex q datur ꝑpter pctā ppli. imo sicut iudicat iudicabit aliūde ꝑ tex. i. l. rem nō nouā. C. de iudiciis. ibi scituri iudices q non magis alios iudicāt q̄ ipi iudicabunt cū ꝛ ipis magis q̄ ptibus iudiciū terribile est ꝛ sic dez litigatores sub hoib⁹. ipīo deo īspectore adhibito cās pferāt trutinādas / ꝛ tex. i. c. ex eo. de peniten. ꝛ remissio. timēde dixerit. Stabim⁹ autē añ tribunal xp̄i recepturi put in corpe gessim⁹. subiungit q̄ pce seminat pce meter ¶ Nec te

excusabit iīque iudex tua viciosa ignorātia cū turpe sit igno
rare ea in q̄bus homo versat᷑: per q̄ verba fuit rep̄hensus ser
uius sulpici⁹ a q̄nto mucio. vt habetur i. l. ii. ff. de origīe iu
ris in vii. colūpna illi⁹ legis facit tex. i. c. cū sis de ꝯuersione
coniugatoꝝ ⁊ i. l. ii. ff. ꝙ q̄sqꝫ iuris vbi bona glo. alibi i tuscu
lanoꝝ libro ad ꝓpositū nostrū dicit cicero hec ꝟba. ꝙ videt᷑
michi esse turpissimū vt eni si gramaticū se quispiā ꝓfessus
barbare loquatur: aut si absurde canat q̄ se velit haberi mu
sicum hoc turpior sit ꝙ in eo ip̄o pecet cui⁹ ꝓfiteatur scia.
¶ Addas supradictis tex. i. c. cauete. xxii. q. v. ibi mēdaciū ē
ep̄m sacerdotē vel clericū se ꝓfiteri ⁊ huic ordini contraria
operari. facit qđ notant doct. post inno. ī. c. tua nos. de ho-
micidio ꝙ medicus qui asserit se peritū q̄n accepit officiuꝫ
si obmittat aliquod necessariū ⁊ infirmus per hoc moriatur
efficitur irregularis ⁊ peccat. Nec auderet allegare ignorā
tiam cum ꝓponeret turpitudinē suā qđ non licet ad suā ex-
cusationē/ vt habetur i. l. trāsactione. C. de trāsactionib⁹. ꝓ
eis facit tex. in. l. iulian⁹. in. §. ꝙ autē. ff. de actionib⁹ empti.
ibi non debuit facilis esse ea que ignorabat asseuerare. ⁊ in
fine ibidem non debuit facilis esse ad themerariam indica-
tionem. De cuius §. intellectu videas per bal. ī. l. ii. C. de re
scindenda venditione/ imo strictius dicit dn̄s antho. de bu-
trio. ⁊ io. de anania in d. c. tua nos ꝙ licet doctor fecerit om
nem diligentiā non ꝓpter hoc excusat᷑ in dāpno ꝙ sequitur
ꝓpter ignorantiā vt ibi ꝑ eos facit qđ nō gl'o. in. l. professio
C. de mune. patrimo. li. x. q̄ dicit ꝙ nō ꝯceditur doctori licꝫ
sit minor xxv. annoꝝ. restitutio in integrū: q2 non debet alle
gare suam facilitatē. et eā pro notabili sequitur nicolaus de
neapoli in. l. sed ⁊ reprobari. ff. de excusa. tutoꝝ. bal. q̄ alios
refert in. l. i. C. qui. et aduersus quos ange. in. l. i. §. puerici
am. ff. de postulando vbi adhuc dixerit ꝙ doctor qui alle-
gat se in iure esse deceptum allegat se in iure non esse docto
rem/ sed iuris dolorem. ¶ Istis addo qđ dixerit glo. in ca.
de multa in verbo litteratas de p̄bendis vbi dicit ꝙ si vis
appellari philosophum noli facere cōtra philosophiam. de
quo est bonus tex. in dicta l. professio vbi dicit professio et
desiderium tuum inter se discrepant. Nam cum te philoso
phum esse ꝓponas vinceris auaritia et rapacitate. quomo-
do ergo te excusabit ignorantia cum tex. in. l. prima. ff. de va
riis et extraordinariis cognitionib⁹ dixerit iudiceꝫ ratione

¶ Cōtra iudi-
ces ignoran
tes.

ꝯ medicum
ignorantem.

Nō lꝫ allega
re turpitudi-
nē suā ad vti-
litatē suam.

Doctori: xxv
annis minori
nō ꝯcedit᷑ re
stitutio in i-
tegrum

ignorantie facere litē suā. ¶ Vltimo vt te relinquā scelera-
te iudex tanq̄ non dignū ampliori mēoria noto vnū q̄ licet
Cōtra iudices negligentes. iudex nō male iudicaret: si tñ est negligens administrare iu
sticiā facit litem suā ⁊ pōt excōmunicari de quo videas glo.
plenā in c: cū sit gñale de foro cpe. ꝑ doct. in l. paulus. ff. de
re iudicata glo. ⁊ alii in c. i. § iudices de pace iuramēto fir-
manda in vsibus feudoꝝ talis enī negligentia aliqñ equipa
ratur dolo vt habeť in c ab eo de appella: in vi: ⁊ in c si com
promissarius de electione. eo. li. et in l. fi. ī fi. C. de magistra
tibus conueniēdis aliqñ equiparať late culpa qđ tamē pen
det a textu in. l. i. circa fi. ff. si messor falsū modū dixerit. Et
ex istis de malis iudicibꝰ qui nō iuris rōne sȝ volūtate grā/
affectione vel deniqȝ auaritia mouētur actenꝰ ¶ Quid nūc
Contra malos prelatos. dicā de reuerēdissimis dñis ꝑlatis loquor de malis qui ad-
modū in oībus gestis eccl'iasticis ꝑdictis iniquis causis ra
piunť vt vix dicerē in eis aliquā esse iuris cſiderationē faci
unt enī de bñficiis ac dignitatibꝰ eccl'iasticis ꝓpriā heredi-
tatē. Et vt peiora relinquā sicut tpalia nō verenť ea venūda
re: vñ c̄ eos tex. i. c. moyses viii. q. i. apte dixerit. Moyses a
micꝰ dei cui facie ad faciē loquutꝰ est deꝰ potuit vtiq̄ sub ces
sores ꝑ̇ncipatꝰ filios suos facere ⁊ posteris ꝓpriaȝ relinq̄re
dignitatē: sȝ extneꝰ de alia tribu eligiť iesus id est iosue vt sci
remꝰ principatū in pp'lo nō sanguini deferendū eē: sȝ vite sb
iūgit ac nūc cernimꝰ hanc rē bñficio facere vt nō q̄rat eos ī
eccl'a colūpnas exigere quos plꝰ agnoscāt eccl'e ꝓdesse/ sed
quos vel ipi amāt vel quoꝝ sūt obseq̄o delinitti/ vel ꝓ q̄bus
maioꝝ quispiā rogauerit: ⁊ vt deteriora taceā q̄ vt clerici fie
rent munerībꝰ īpetrāt ⁊c̄. ¶ Prelati autē nri tpis q̄plures
sepiꝰ longe magis cſiderāt quō possint canes ⁊ falcones ad
venandū aptos hr̄e q̄ aiaꝝ curā habētes cogitāt quō eas
ad vitā eternā possint lucrari. Et tñ tex. in. c. ꝑ̇mo hoc distri
cte ꝓhibet de clerico venatore ꝑ hec v̄ba. Epm presbiterum
aut dyaconū canes accipitres vel hmōi ad venandū habeť
non licet q̄ si quis taliū ꝑsonarū in hoc voluptate sepius de
Contra platos venatores: tentus fuerit/ si episcopus est tribꝰ mensibus a cōmunione
si presbiter duobus/ si diaconus omni officio suspendatur.
imo ibi glosa ⁊ docto. tenent episcopo nullo modo fore lici
tam venationem. Et propterea tex. in capitulo quorundam.
xxxiiii. distinctione episcopum vocat vere iuuenem et iuue-
nilibus desideriis deditum / qui venationi incumbit

ſubdendo ſcd̃m ſanctũ hieronimũ nunq̃ venatorẽ fuiſſe ſan ꝫ venatores
ctũ. Et qđ hoc viciũ plurimũ apud gallos ⁊ germanos reg
nat. ymo plus q̃ p̃lati nõmodo ſũt ꝯtenti ꝯtra dicta iura ſi-
pliciter inſiſtere venationib⁹: ymo tali tp̃e ad venandũ va-
dunt quo laici etiã nõ deberent ire. dieb⁹ enĩ feſtis q̃bus tu
prelate venatione delectaris hoc laicis determinat̃ eſſe int̃
dictũ per doc. vbi notat io. de anania in dctõ c. i. Et eſt rõ q̃
tali tp̃e ſolum diuinis debem⁹ occupari. c. i. ⁊ c. fi. de ferijs. Dieb⁹ feſtis
ymo qđ deterius eſt nõmodo ipĩ cõtentant̃ incidere in vena ſolũ dinis oc
tionis errorẽ/ymo diluculo ſeruitores vel clericos vel lay- cupari dēm⁹
cos vocantes ad hoc dixerim incitant qui fortaſſe illo tp̃e
aliquid boni ꝑegiſſent: ⁊ hoc eſt qđ dicit tex. i c. an. putãtes
lxxxvi. di. An putãtis illum ieiunare frẽs qui primo dilucu
lo non ad eccleſiã vigilat nõ beatoꝝ martirũ ſancta loca ꝑ-
quirit ſꝫ ſurgens congregat ſeruos diſponit retia canes ꝑ-
ducit ſaltus: ſiluas ꝑluſtrat. ſeruos inq̃ ſecũ ꝑtrahit fortaſ-
ſe magis ad ecc̃l'iam feſtinãtes voluptatib⁹ ſuis pctã cumu-
lat aliena neſciens reum ſe futurũ tam de ſuo delicto q̃ de
ꝑditione ſeruoꝝ ⁊c̃. hec quidẽ aliis cõparando vix eſſe vidẽ
tur crimina. Nam deteriorib⁹ venationib⁹ intendũt. vt eſt ve
natio oppreſſiua hoim. que q̃tum ſit illicita neſcirẽ aliomõ
exprimere. cũ ex ſe ipſa iiquiſſima oibus oſtendat: ⁊ de hac
venatione loquitur glo. in d. c. i. ⁊ i. ſ. his itaq̃ʒ vi. di. ⁊ glo.
in. c. quid venatorib⁹. lxxxvi. di. ¶ quid etiã dicã de adulato Adulatores
ribus. Nam q̃plures hodierni p̃lati quoꝝ aliqui non ſunt
michi incogniti potius hiſtriones q̃ doctos nutriũt. eiſq̃ʒ
magis fauent q̃ honeſtis viris/qđ an ſit peccatũ vide tex. i
c. donare in ꝓxime allegata di. dicit ibi tex. donare res ſuas
hiſtrionib⁹ vicium eſt iane et non virtus ⁊ ſcitis de talib⁹
q̃ ſit frequens fama cũ laude: q̃ laudatur peccator in deſi
derio anime ſue ⁊ qui iniqua gerit benedicetur. ⁊ in. c. ſeq̃n
ti dicit tex. Qui dant hiſtrionib⁹ ⁊ meretricib⁹ quare donãt
nũquid vt ipſa hoibus donãtur. Non tamẽ naturã ibi attẽ-
dunt operis dei ſed nequitiam operis humani ⁊c̃. Et in tm̃
hoc vicium adulationis irriſerit. vt dicit beatus hieronim⁹
ad euſtachium q̃ a naturali ducimur malo vt adulatoribus
noſtris libenter fauemus nulla eniꝫ eſt tanta humilitas que
dulcedine glorie non tangatur. Et dicit belliſſime Seneca: potẽtie glie.
q̃ cum nolimus adulatoribus noſtris fauemus. Alibi idem
hieronimus q̃ hoc vicium regnat in tantum q̃ adulari ne-

ſciens:aut inuidus aut ſuperbus reputetur.¶Et de hoc at
tenus vt veniam ad ea que frequenter accidunt tibi loquor
moroſe prelate qui vltra ſupradictas venationes adhuc te
aptas habere venatores puellarum quo fit vt videaris pu-
blicus fornicator.Nonne fetor huiuſmōi peccati te mordet
nonne grauitas dignitatis te ad ipſius dignitatis equalia
ſtimulat.Et tanto magis hoc vt tuam mortem deberes ab
horrere cum te non lateat publicum fornicarium ab officio
eſſe ſuſpenſum.vt eſt tex.iuncta glo.ī c.cum dilectus de ac
cuſationibus et habetur in.§.verum.xxxii:di. Et dicit io.

publicꝰ fornicariꝰ ē ab offi.ſuſpēſus.

de anania in dicto.c.cum dilectus ꝙ ſi poſtmoduꝫ admini-
ſtret efficitur irregularis de quo memini ſupra dixiſſe ī ma
teria irregularitatis.¶Multas autem penas fornicatiōis
in clerico poſuit io.de ymola.in c.vt clericorum de vita ⁊ ho

Pene fornicatōis ī clerico

neſta.clericoꝝ.Et inter alia notanter dicit ꝙ quelibet mini
ma fornicatio non ſolum in prelato ſꝫ etiam in ſimplici cle-
rico in ſacris exiſtente eſt inceſtus.de quo eſt glo.⁊ ibi bar.

Fornicatio ī ꝯſtituto in ſacris ē inceſtꝰ

bal.⁊ ange.in.l.ii.in fi.C.de epis ⁊ clericis.et licet io.d ana
nia in d.c.cum dilectus appellauerit eam periculoſā tamē
mea ſententia ꝑpter auctoritatē tantoꝝ viciorum eam ſequē

Sacerdo ꝑꝑ ſimplicē fornicationē nō ꝑt abſolui niſi ab epō

tium/eius opinio videt̃ eē tuta pro qua vltra eos facit glo.ī
c.virginibus.xxvii.q.i.ea igitur exiſtente vera eſt ſciendum
ꝙ a ſimplici fornicatione talium perſonarū non poteſt ab-
ſolui niſi ab epiſcopo.qđ patet.Nam ab inceſtu ſimplex ſa-
cerdos non poteſt abſoluere.vt eſt glo.in c.ii.de peniten. et
remiſſi.li.vi.et ad illam glo.in dicta.l.ii.vide bal.in.l.ſi qs
C.de inceſtis nuptiis.¶Et ex iſtis poſſumꝰ conſiderare qđ
graue cōmittit qui cum ſua filia ſpirituali vel cum moniali
ſe libidinoſe implicat ſi propter ſimplicem fornicationē ſo-
lum exiſtens in ſacris cōmittit inceſtum. pro hoc vide tex.ī
c.ſi quis ſacerdos.xxx.q.i.vbi dicit valde timenda verba.

ꝯ ſe īmiſcentes cum filia ſpirituali.

Si quis ſacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit:ſci-
at ſe graue adulterium cōmiſiſſe.Idcirco femina ſi layca ē
omnia derelinquat ⁊ res ſuas pauperibus tradat et conuer
ſa in monaſterio deo vſqꝫ ad mortem ſeruiat/ſacerdos autē
ab omni officio deponatur ⁊ peregrinando.xii.annos peni-
teat:poſtea vero ad monaſteriū vadat ibiqꝫ cunctis diebus
vite ſue deo ſeruiat.¶Item de monialibus ſe iungētibus

ꝯ habentē rē cū monialibꝰ

ē tex.ī c.ſi quis epſ.xxvii.q.i. dicit laycos anathemanizari
et clericos deponi.¶Item caueas p̄late ne ſis ꝑcuſſor nec

credas solum eũ esse qui aliũ verberat sʒ illũ etiã dici posse
qui cũ predicat subiectis suis non facit ꝓut debet ⁊ hoc qñ
predicatio est ĩutilis indebita ⁊ non apte ꝓlixa. et qñ tu ta=
ces illud qđ non deberes. ⁊ profers qđ tacendum esset. tali
ter enĩ facientem doctores in rubrica de clerico percussore
Eum ꝑcussorem vocãt. facit tex. in. c. sit rector discret⁹ xliii.
di. ⁊ in. c. dispensato. ea. di. Et dicit io. de anania in dcã ru=
brica ꝙ p̃dicatio potest dici ĩutilis ⁊ indebita. si p̃latus fa=
bulas. iouis etiã moralizando exponit. quid enĩ cõe habent
iouis fabule cũ laudib⁹ xp̃i. pro hoc qđ legit et notat in. c.
cum multa. lxxxvi. di. debet autẽ ꝓlatus in sua p̃dicatiõe
cõsiliũ dei ꝓnunciare in. c. ephesiis. xliii. di. ¶ Item ꝓpone=
re dei iusticiã terrere eruẽtas ꝯscias ⁊ penitentiam suadere
dei miam magnificiẽdo. c. si peccauerit circa mediũ. ii. q. i.
qua discretione si caruerit p̃lat⁹ quasi torto naso sacerdota
li dignitate iudicabit indign⁹. ita tex. i. §. fi. in ꝑrie allega=
ta di. ¶ Quid dicã de eoꝝ supbia cũ tanta grauitate isti⁹ vi=
cii onerant vt vix eoꝝ pond⁹ t̃ra substinet. nõne debẽt ꝯside
rare maxie de epis loquor grauitatẽ isti⁹ cris ⁊ p̃cipue cum
sint ꝯstituti in locũ aplõꝝ vt dicit tex. i. c. in nouo. xxi. di. ⁊ i
c. quoꝝ. lxviii. di. deberẽt esse sicut apl'i fuere humilini argu
mẽto. tex. i. l. si eũ in. §. q̃ iniuriaꝝ. ff. si q̃s cautionib⁹. Non
deberet enĩ epũs aliã gloriã querere nisi pauperũ opib⁹ ꝓ=
uidere vt dicit tex. i. c. gloria. xii. qi. Et de supbia epĩ apte.
dicit tex. i. c. diaconi. el grande ante mediũ. xciii. di. ibi vide
ant sibi epĩ q̃ supbi sũt diaconos añponi. Si hũilitatẽ dili=
gũt ⁊ diaconi maiores se eẽ ĩ eo qđ hũiles sũt recognoscãt
⁊c. et i. c. illud. viii. q. i. dicit tex. illud inserẽdũ est aduersus
eos q̃ de epãtu ĩtumescũt. Et putãs se nõ dispẽsationẽ xp̃i
sʒ imperiũ ꝯsequutos. qꝛ non stati oĩb⁹ hi sũt meliores q̃ cũ
epĩ ordinati fuerit ⁊ ex eo ꝙ epĩ electi sũt se mag̃ existimẽt
ꝯprobatos si aũt pctã filioꝝ ab epãtu iustũ ꝓhibẽt q̃tomagis
se vnusq̃sqꝫ ꝯsiderãs ⁊ sciẽs qꝛ potẽs potẽter tormenta
patiet retrahit se ab hoc nõ tã honore q̃ȝ onere alioꝝ vel lo=
cũ q̃ mag̃ digni sũt nõ ãbit occupare ⁊c. ¶ Ne tãdẽ viciuꝫ
istud sine remedio relinquã. accedat tex. i. c. si q̃s de penitẽ.
di. ii. ibi oportet g̃ eũ ꝑ ꝯria atqꝫ aduersa curari idem ꝑ hu=
militatis exercitiũ subiungit exercitia vera hũilitatis sunt
in se vilioribus officiis subdat ⁊ ministeriis indigniori=
bus tradat. Ita namqꝫ arrogantie et vane glorie vicium
euitari. vel poterit curari vt in consuetudinem humilitatis

Qñ p̃dicatio est inutilis

Quid dʒ facere p̃dicator

ꝯ supbiã p̃latorum

Epi sũt ꝯstituti in loco aplõꝝ

Remediũ ꝯ superbiam

affectus vltra iā nō incidat in arrogantie delictū.⁊c: ¶ Et
sic confirma⁹ illud ꝙ ꝯtraria cōtrariis curant ¶ Et nota tu
mala ꝗ̄sequū tur ex mala vita p̄lati
prelate ꝙ ex corruptela tuoꝝ moꝝ multa mala sequuntur.
¶ Primo enī sequit̄ inobediētia pro hoc tex.in.c. vñ in fi.
lxi.di.ibi quis enī quē paulo añ iacentē viderat veneretur
antistitem ꝑferens memorādi criminis labē non habet luci
dam sacerdocii dignitatē. ¶ Scdm est qđ sequitur ex mala
vita prelatoꝝ quia nō poterit carpere vicia que deberet re
prehendere. Non enī posset legem aliis imponere quā ipse
negligit obseruare. vt dicit tex.in fundi in c:pro illoꝝ de ꝑ
beñ. vnde tex.in.c. vltimo.xxv.di. a it quō enī potest p̄ses
ecclesie auferre malū de medio eius qui in delictum simile
corruit/aut qua libertate peccantē arripere potest.cū tacit⁹
sibi respōdeat eadē ipē se audiuisse que corrigit.⁊c. ¶ Et ex
hoc sequit̄ qđ dicit tex.lxxxiii.di.in.c. erroꝛ cui non resistit̄

Erroꝛ cui nō resistit̄ appro batur.

approbatur et veritas cū minime defensat̄.opprimit̄ negli-
gere quippe cū possis perturbare puersos nil aliud est ꝙ fo
uere nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto fa
cinoꝛi desiit obuiare/qđ vltimū dicit tex.in.c. sicut dignum
de homicidio.facit tex.pro cōfirmatione istoꝝ in.c.nichil in

ꝯ negligētiā.

ꝑrime allega.di.ibi sicut autē arcium in suo quoqꝫ opere i
uenitur mater instantia. Ita nouerca eruditionis est negli-
gentia.⁊c. vnde dicim⁹ ꝙ quelibet p̄lati negligētia est pec

Negligētia ꝑlati est pctm̄ mortale.

catū mortale. vt voluit glo.notabilis in.c.ea que de officio
archidiaconi. Et tex.in.c.dictū.lxxxi.di.et voluit panoꝛ.in
c.puenit de decimis. ymo ꝑpter negligentiā remouetur.vt
plene habetur in dictis locis ⁊ in.c.i. de officio custodis si-
cut dicitur in iudice in.l.si quis. C.de offi. pfecti.ori. ⁊ in.l.

Dissimulatio ꝑlati ē pctm̄ moꝛtale.

carceri.ff.de custodia reoꝝ.ymo plus dissimulatio ꝑlati est
peccatū mortale.vt notāter voluit glo.in.c.clericis de imu
nitate ecclesiarū.li.vi. ¶ Item etiā ex hoc sequitur deficiē-

Vbi ē obediē tia ibi ē sana doctrina

tia sane doctrine. Nam vbi est obediētia ibi est sana doctri-
na/ergo vbi non est amittitur sana doctrina in.c. miramur.
lxi.di. ¶ Item ex hoc sequitur occisio subditoꝝ Nam ꝑlat⁹
qui non corrigit subditos suos dicitur eos occidere in.c.e-
phesiis.xliii.di.ibi. Quia cū increpare delinquētes noluerit
eos ꝑculdubio/pastoꝛ tacendo occidit/de quo plene in.c.ir
refragabili.de offi.oꝛdi. ¶ Item ex hoc etiā sequitur ꝙ nō-
